



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Semita Perfectionis Purgativa, Illuminativa, Et Unitiva**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniae Agrippinae, 1705**

**VD18 15298639**

[Præfeatio.]

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55242](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55242)

TERTIA  
SEMITA  
PERFECTIONIS  
UNITIVA,

In qua Anima Christiana, per-  
fectionis cupida, charitate  
perficitur.

Præfatio.

**R**Ege quoque, pro inauguratione,  
Urbem principem subituro, non sat  
est civibus, viam mundasse, obsta-  
cula removisse, senticeta excidisse, herbas,  
flores & odores sparsisse; sed insuper necesse  
est, sub vesperum præcipuè, faces & lam-  
pades accendere, pyrerga & ignes festivos  
excitare, quo ingens suum, de adventu  
Regis, gaudium, amorémque in personam  
Regiam singularem demonstrent. Haud  
ab simili ratione Christo Domino, cœli  
terræque Monarchæ, via adornanda est;  
post semitam, vitiorum & peccatorum for-  
di-

dibus mundatam , post sparsos virtutum flores, ignes charitatis divinæ, in hac tertia viæ Parte , sunt succendendi. Quoniam verò voluntas nostra cœca est, & nihil velle aut amare valemus, quod ignoramus, & non cognoscimus, ante omnia studebimus Deum cognoscere, atque illius attributa , perfectiones, proprietates & magnalia, pro tenuitate nostra intelligere ; & mox ex cognitione amor, velut ex Sole lumen, ex igne calor, ex objecti pulchri visione complacentia profiliet. Quem in finem Scripturæ sacræ textum, tanquam fundamentum, cui innitamur, præmittimus : deinde quædam pro cognitione & intelligentia subdimus, postea affectum seu amoris actum subjungimus ; ac denique suspiria atteximus, quibus assidue utamur, & ad majorem cognitionem, amorem, & unionem divinam ejus ope aspiremus, ac perveniamus.

